

CHRISTOPHORI
FORSTNERI
AVSTRII,

Ad libros sex priores Annalium

C. CORNELII TACITI,
NOTÆ POLITICÆ.

*Quibus pleraq; omnia, quæ reliquis quoque Ta-
citi libris continentur, suis quaque locis
explicantur.*

Adjuncta est in fine, ejusdem

O R A T I O

Habita Venetiis in Excellentissimo Colle-
gio, Mense Julio, ann. CIO. DC. XXV.

*Editio secunda, copioso rerum Indice
locupletior.*



ARGENTORATI
Sumptibus Heredum LAZARI ZETZNERI,
M. DC. XXVIII.

te ultrò ibant. Præterea, civilis
prudentia doctor, cum quo liben-
tius, quàm cum prudentissimi Se-
natus Veneti sapientiss. Principe
versaretur? Deniq; pessimum Im-
peratorem, & scelera, flagitiaque
cum factis promeret, locis occul-
tantem in altissima Europa scena,
coram optimo Principe produxi:
quo utilissima comparatione fæda
flagitiorum facies, & ex diverso
virtutum tuarum pulcherrimus
splendor pulcherrimum Orbi spe-
ctaculum representarent. Vale.
Patavij. xii. Calend. Octobr.
c13.13. cxxvi.

Serenitatis Tuæ
humilimus cliens

Christophorus Forstnerus
Austrius.

);(f

Eur.

CHRISTOPHORI
FORSTNERI AVSTRII
NOTAE POLITICAE
Ad librum I. Annalium
C. CORNELII TACITI.

VRBEM Romam à principio Reges habuerunt) quemadmodum principio rerum, gentium, nationumque imperium penes Reges fuit, testante Iustino, (*lib. I.*) & Sallust. (*in Catilin.*) his verbis: igitur initio Reges; nam in terris nomen imperij id primum fuit. Quibus Aristoteles ad stipulatur: *XI. Polit.* fuerat, inquit, antiqua Civitatum gubernatio paucorum & regia. Et his omnibus antiquior scriptura sacra, interprete D. Augustino *XV. de Civitate Dei XX.* Cainum cum successoribus, & post terrarum illuvionem Nembrot Reges fuisse asserit. Inde sua Principatui antiquitas, & ex antiquitate dignitas constat.

Consulatum L. Brutus instituit.) Monarchia sive legitimus Principatus, cum in tyrannidem degenerat, corrigitur aristocratico, sive optimatum imperio. Plerumque enim qui optimates ab unus tyrannide patriam liberarunt, ipsi sibi dominatum adsciscunt: ut apud Trogi Epitomatores, qui Magos sustulerant, ipsi sorte de imperio certant.

ORATIO,
QVA SERENISSIMO
VENETIARVM PRINCIPI
JOANNI CORNELIO,
Nomine Nationis Germanicæ,
quæ Patavii studiis
operatur,

Novum honorem gratulatus est
IV. Id. Jul. Cl. 1600. XXV. Venetiis
in Excellentissimo Collegio

CHRISTOPHORUS FORSTNERUS
AUSTRIUS.



CHRISTOPHORI
 FORSNERI AUSTRII
 ORATIO GRATULATORIA

Ad Serenissimum

JOANNEM CORNELIUM
 VENETIARUM PRINCIPEM.

SERENISSIME PRINCEPS
 AVGVSTISSIMI PATRES.

MIRAMINI, haud dubium est, Nationem nostrā in publico omnium gaudio, & reliquarum gentium applausu tacitam hucusque, & nullā ob publicum bonum, quod orbi Christiano ex novo SERENISSIMI JOANNIS CORNELII honore contigerat, lætitiæ significatione egisse. Nam qui majoribus, quàm alii, beneficiis devincti vobis eramus; quibus solis ex duabus & viginti, quæ Vniversitatem Patavinam componunt, Nationibus sejunctim coram vobis orare singulari vestro favore concessum est: primi utique officio defungi, lætitiāq; collegii nostri contestari debeamus. Sed ignosces, SERENISSIME PRINCEPS, quòd ad tuarum vittutum splendorem caligantes animorum nostrorum oculi, in illarum contemplatione defixi stupuerunt: nec ab illo stupore tam citò se colligere